



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXXXI. Marinus II. Anno Christi 942. Constantini VIII. 31. Cum Romano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

facerent obedienter, eaque de re  
 Bar. an. Legatos mitterent Romam. Eodem  
 943. §. I. anno mense Decembri ineunte de-  
 Pag. §. I. cessit, cum circa diem decimum octa-  
 vum Julii subrogatus Leoni VII.  
 regnâisset *annos tres, menses quatuor,*  
*& dies quindecim.*

## ANNOTATIONES.

(1) A Ciaconio dicitur *in Germanis*  
*educatus.*

(2) Papebrochius in Conatu Chronico  
 Historico apud Bolland. tom. 8. Maji pag.  
 159.

CXXXI.

MARINUS II.

ANNO CHRISTI 942.

CONSTANTINI VIII. 31. CUM  
ROMANO.

**M**ARINUS II, quem alii *Mar-*  
*tinum III.* vocant, (1) Roma-  
 nus, ante diem quartum Februarii  
 Stephani VIII. locum tenuit. Totus  
 Bar. an. 943. §. I. fait in constituenda Ecclesiæ disci-  
 Pag. §. I. plina, templis instaurandis, inopia  
 pauperum sublevanda, dissidiis inter  
 Christianos Principes componendis:  
 & referente Leone Ostiensi lib. 1.  
 Chro-



Chronici Casinensis cap. 57. litteras  
 dedit Siconi Episcopo Capuano, qui-  
 bus illum & de Canonum ignorantia, &  
 de inscientia litterarum, & de familia-  
 ritate secularium districtè redarguit. Bar. an.  
 Obiit anno 946. mense Junio functus 946. §. 1.  
 munere Pontificali annos tres, menses Pag. §. 1.  
 sex.

## ANNOTATIONES.

(1) Vide annotat. 1. ad Marinum I. &  
 Martinum IV.

CXXXII.

AGAPETUS II.

ANNO CHRISTI 946.  
 CONSTANTINI VIII. SOLIUS  
 35.

**A**GAPETUS II, Romanus, eo-  
 dem anno, ac mense, quo Ma-  
 rinus II. decessit, successor ei datus  
 est. Marinum Episcopum Polimar-  
 tiensem Legatum ab latere misit in Gal- Bar. an.  
 liam, cum ad stabiliendum Ludovici 946. §. 1.  
 Regnum, quod factione Hugonis Prin- Pag. §. 1.  
 cipis variis nutabat tumultibus: tum  
 etiam ad cognoscendam cum illarum par-  
 tium Episcopis causam Remensis Ecclesia,  
 quisnam ejus legitimus esset Episcopus

Ll 4

Ar-